



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XIII. De sacrificio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

ANNO
 CHRISTI
 450.

IX.

Audi canonica instituta: Qui cum gradu cecidit sine gradu surgat. Contentus nomine tantum amittat ministerium, nisi qui tantum a conspectu Domini peccans non recessit.

XI.

Consideret vnusquisque in conscientia sua, si amor & desiderium cessauit peccati, quia corpus mortuum non inficit corpus alterius mortui, sin vero, separentur.

XII.

Audi Apostolum dicentem: *Est autem peccatum* ^{1. Ioan. 5.} *ad mortem; non pro illo dico vt roget quis.* Et Dominus: *Nolite donare sanctum canibus.* Qui enim in vita ^{Eccles. 20.} sua non merebitur sacrificium accipere, quomodo post mortem illi poterit adiuuare.

XIII.

In nocte Paschæ si fas est ferre foras. Non foras fertur, sed fidelibus deferatur. Quid aliud significat quod in vna domo sumitur agnus, quam sub vno fidei culmine creditur & communicatur Christus.

XIV.

Statuunt vt Christi aduentum sponsi nullas ratas leges inueniat ieiunii. Quid autem inter Nouatianum & Christianum interest, nisi quod Nouatianus indefinenter, Christianus vero per tempus abstineat, vt locus, & tempus, & persona per omnia obseruetur.

XV.

Docenda patria prius per exemplum Domini, & derelinquenda postea, si non proficiet iuxta exemplum Apostoli. Sed qui potest facere, licet

Concil. Tom. 7.

Sf ij